

Regnum hiſpaniarum poſt tempꝰa a Tubal Japhet filio ortū habuit. Js nāqꝫ ex armenia egreſſus primus hiſpaniaꝝ regnū (Jſido. teſte lib. ix. Ethy.) obtinuit. vbi ⁊ ſedem ſibi cōſtituit. prius hiberia dicta. regio quippe europe a mōtibus pirrheneis incipiens. et ꝑ colūnas herculis circuiēs vſqꝫ in borealē occeanū ꝓtenditur. ita vt om̄ia in eo circuitu ad hiſpaniā ſpectare dicantur. Cuius magnitudo (vt Apianus hiſtoricus ait) multa ⁊ incredibilis in vna regione eſt. Decez nāqꝫ milibus ſtadijs eius latitudo cōmenſuratur longitudo vō prorſus eadem eſſe videt. Jllamqꝫ poſtea diuerſe gentes ⁊ varijs nominibꝰ cognominate inhabitarūt. Quin et fluuios plures nauigabiles cōtinet. Tritici vini olei omniūqꝫ metalloꝝ ac animātiū q̄ hominibus ſunt vſui feraciſſima. Abūdat p̄cipue velociſſimoꝝ acerrimorūqꝫ eq̄rū fetura. Trecentos totos apud hiſpanos decertatū eſt annos Scipione Gracco Albino Cathone Metello pompeio ceſare alijſqꝫ ducibus recepta fuit tandē per eaſdem duces. Et cantabri poſtremo ab auguſto debellati. Poſtq̄ aūt romanis faſtibus libere paruit: tanto vſui tantoqꝫ ornamento illis fuit: vt nullum vnq̄ memoriale bellū ſine hiſpano milite geſſerunt. Pompei trophea in hirrhenoꝝ iugo ſita ſunt. Scipionum monumenca nō longe a Taracone ſpectant. Jn boſtetania tauri ſunt ex lapide duriſſimo maximi tergaqꝫ his litteris adhuc notati. Bellum ceſaris ⁊ patrie. Turres Julij. Julij carceres iulio briga ſacre iulia ⁊c. Ceſaris opera: ceſar Auguſta. Emerita Auguſta. Norba auguſta ⁊c. Auguſta munere condite. Emporie valentie. Cremona placētie. multeqꝫ alie in hyſpaniā a Romanis colonie deducte fuerūt. A quo regno nō ſolum accepimus Quintilianū. Senecam. Lucanū. Luciū floꝝ. Pamponiū mellā. Siliū ytalicū. marcialem Oroſiū. verūetiam vtiliſſimos rectores reipublice. clariſſimoſqꝫ imꝑatores vt Neruā Traianum Hadrianū ac Theodoſios. Sed hoc de gentiliū tꝑibus. Videamus quid ꝑ hiſpaniā xp̄iane religioni acceſſerit. Omniū clariſſimos genuit Laurentiū ⁊ Uincentiū Ualerij dyacones. Eodem fere temꝑe Engratiam ⁊ innumerabiles martyres: hoꝝ veſtigia imitati ferdinādus rex ⁊ Heliſabeth regina anno ſalutis Milleſimo. cccc. nonageſimoprimo in fine anni Granatā vrbem maximā q̄ olim Jlipula magna dicta eſt ad xp̄i cultum ⁊ obſequiū reduxerūt.



SEVILLA

Regnum Bohemorum initium ſumpſit a Sclauis qui relicto campo Sennaar ex Aſia in Europā profecti ſunt. Jn qua Ezechius croatinus haud obſcuris parentibus ortus gentem bohemicā cōdidit. Fuit em̄ olim inculta nemoribus atqꝫ ſentibus aſpera feris q̄ hominibus aptior: eius autez frater Leches exilij comes: cū vidiſſet germanū agris ditatū bobuſqꝫ potentē ad orientē ꝓfectꝰ. in mag̃ cāpoꝝ planicie ſedez collocauit. Poloniāqꝫ nomē ex loco dedit. Nā planicies ſclauonica lingua pole noīat. q̄ꝝ heredes cū inūeroſaz m̄ltitudinē breui coaluerūt. magnā terrā adiūxerīt poſt eiꝰ mortē Crockū i p̄ncipē delegūt. Qui arcē apud ſtennā cōdidit: moriens aūt tres filias reliq̄t. Libuſſa vt natu minor poſt obitū patris p̄nciā gubernauit ⁊ arcē viſſegradenſem cōmūiuit. Altera filia brela dicta herbaꝝ ⁊ medicine perita fuit. Tercia Therba dicta ſortilega. Demū indignū bohemi dicētes tantū imperiū viriꝰ femine ſbeſſe arbitrio. Jdeo libuſſa in cōcione vbi adeſſe multitudinē vidit. Ego inquit placite molliterqꝫ imperaui. Eſtote liberi virū qui proſit dabo. Jte equū meū in campos adducite. ſeq̄ntes quocūqꝫ ierit. Deniqꝫ ante virum ſubſiſtet in menſa ferrea comedentem: ille mihi cōiunx vobis princeps erit. Js aū primiſlaū cōſtitit aratorem: quē in ducem poſcunt: p̄miſlaus igitur in verſo vomere caſeoqꝫ appoſito cibū ſumpſit. Deinde equo [illegible]nent. Jnterrogatus cur nā calceos querno robore factos ſecū aferret: ſeruādos in arce viſſegradeñ. [illegible]ſpondit vt ſcirēt poſteri qui principatum inter bohemos accepiſſet. Jd regnum deinde per longa tempꝰa [illegible] ducibus gubernatum fuit: deinde a tempibus friderici primi a regibus in maxima gloria vſqꝫ initiū be[illegible]ſis ſub varijs regibus ac imꝑatoribus floruit.